

empli vt nos intelligas bene, sicut iam dictum est. Quia supremus creator diuisit istam partē minus puram in quinque partes. Ex vna parte puriori creauit Deus quintam essentiam substantiam elementorum, quæ participat cum re cœlesti. Et istam diuisit in quatuor partes: Prima purior datur igni, quem creauit Deus ex secunda parte de natura elementorū, Secunda istius pura attribuitur aeri, qui creatus est ex tertia parte minus pura naturæ elementorum, & tertia minus pura datur aquæ quod est elementū creatum de quarta parte minus pura de natura elementorū, Et quarta minus pura dat elemento terrestri, quod fuit creatum de quinta parte minus pura totius naturæ elementorum. Et quāto natura est minus perfecta, tanto magis appetit perfectionē sui, et perficit̄ vnū cū altero ppter concordantiā suarū proprietatū cū suo quinto instrumento, qd est participās cū causa cœlesti. Itē, tñ est appetit9 perfectiōis nature, scilicet generatiōis in corruptionē, et corruptiōis in generationē, quia eius instinctus aut appetitus nō venit immediate a creatore naturæ, quod si veniret res, fieret a creatore et nō a creatura, vñ esset perfecta sine destructione, et ideo cū venit instinct9 a natura, ipsa nō potest facere illā rē perfectā nisi perficiat̄ per scientiā diuinā intellectualē, sicut humana, q̄ rectificat̄ per intelligentiam diuinam. Sic per magisteriū operis nostri